

T A B L A .

nota. Primum, quod hoc intelligitur de incestu cum affinibus commisso tantum, & non de incestu commisso cum consanguineis, secundum S. Thom. Richar. Archi. Rosel. & Sil, vide Sil. Matrimonium. 7. q. 6. particula. 5. dimitte hic Angelum. Secundum, quoties talis incestuosus sine dispensatione petit debitum, peccat mortaliter, quia facit contra preceptum Canonis, ar. c. 2. de Maio. & obedientia secundum Vincen, quem sequitur Sil. Luxuria. q. 4. Idem dicendum, si contrahat cum alia Matrimonium, sine dispensatione mortua vxore sua, licet teneat Matrimonium, tamen peccat. ar. c. Transmisso de eo, qui cog. conosan. vxoris sue. Tertium hec que nunc dicta sunt de duplici pena incestuosi, intelliguntur, quando constat de incestu qualitercunq;, puta per eorum confessionem, vel per testes, vel quando est notorium. Quando autem est omnino occultum, tunc pene prelate non incurruntur, secundum Panor. in. c. Ex literis, de Presumpt, quem sequitur. Ange. Incestus. § 3. & Sil. Luxuria. q. 4. pro quo adducunt. c. Si quis sponsam. 27. q. 1. Dixi notanter in foro interiori, quoniam in foro exteriori, quando

casus